Quelle: https://manuscripta.at/?ID=30611
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



et tunc leuitabunt. De debis filijs. i. de uno anno eligunt qui sacerdotes fiant et ministri sanctuario siue mensis et sacrario cultus diuinus ac scorum ecclesie qui custodierint ceremonias domini. hoc iniquum legum est. et non errauerunt cum errarent filij israel. i. non insipiens ut carnales qui sunt in ecclesia subdiderunt se uicijs et peccatis. sed innocentia et sanctitate uitam suam custodierunt sine crimine. Tales enim dignus est custodiam habere diuini sanctuarij. Nec enim errauerunt ut et leuite. quia qui in maiori gradu positi uel ponendi erant necesse habebant maiori puritate se ipsos innocentia seruare. ut inreprehensibiles apparerent et exemplum rectitudinis ostendent ceteris. Et erunt eis primitie. i. optima quique bonorum operum. ac principalia de primicijs terre. hi enim de optimis terre fructifere ecclesie. Et hec primicie erunt sorum sanctum. i. sacrissimum sacrorum. Quicquid enim in sanctitate excellentissimum est. et nunc uocat sanctum sorum. erit sacerdotum de quibus sermo ut ipsi purissima omnibus quantum fas est sanctitate excelsis possideant. Et hoc uix tantum leuitarum. i. ubi finem sue perfectionis habebit ordo leuitarum. nec quicquam obtinebit de dignitate sacerdotum ordinis. Si tamen et ipsis leuitis qui sub sacerdotibus ministrant eisque adseruiendum appropinquant. erit possessio bone uite. uix finem sacerdotum. ut eis pro meritum sac officij et religiose conuersationis adpropinquant. hoc xxv. milia longitudinis. propter multiplicationem. v. sensuum corporis. in perseuerantia bonorum operum sicut supra expositum. et x. milia latitudinis. propter legis plenitudinem in amplitudine caritatis. quia sola caritas implet legem. Omnis longitudo. i. longanimis perseuerantia est. xxv. milium. i. v. sensuum bona agendo multiplicatorum. et latitudo. x. milium. i. caritas in impletione legis. Qui enim diligit proximum legem implebit. Et non uenundabunt ex eo quicquam. ne fiant simoniaci. neque mutabunt ut alius fiant. sed sicut sunt permaneant. nec transferent primicie terre ut ad alios possessores transeant. quia sicut intelligant ut hic ceu expositum est. non possunt habere nisi iustos possessores nec bona merita possidere ualent nisi predestinati. Quia sanctificate sunt domino. Et obiciunt nequeunt abhominne uendi. seu mutari. uel transferri. sed ita necesse est ut maneant. sicut ipse disposuit. et ut eas manere uoluit. Sequitur. Quinque autem milia que supra sunt et ceta usque in suburbana. Hec ad laicos pertinent. Quinque milia sunt. propter. v. sensus. In latitudine propter latam conuersationem laicorum. uiginti. v. milia preter multiplicationem. v. sensuum. in multis uarietatibus corporalium actuum. Et hec profana erunt urbis. ut omnia profana sunt et dicta. non quo immunda sunt autem aliquid in habitatione terre sed contaminatum putet et sordidum. sed quia preter sacerdotes et leuitas omnibus mens habitare permissum est uni intelligimus cuncta que referuntur ad. v. sensus. hoc est ad corporis uoluptates. que usu. et auditu et tactu. ac odore et sapore capiuntur esse profana. et templi diuini sed monium non habere. nec sacerdotalis esse priuilegij. sed laice militatis nec de sancta urbe sed de suburbanis ac muro carentibus. Sequitur. Et erit ciuitas in medio eis et ceta usque adplagam occidentalem. quingenti et iii. milia. In medio eis spacij quod superius descriptum est erit ciuitas regis magni. quia hic; ut eccum carnales habiuudent. sunt tamen in circuitu. quin exterioribus; iugiter occupantur. cum ecce iustorum interioribus sit intentio. Et tam a septentrione quam a meridie uel aboriente et occidente erunt ciuitatum in spatio. d. sub intelligitur calami. et iii. milia. Calamus autem. vi. cubitos et palmum facit. Quingenti uero ad quinque sensus et iii. milia ad euangelicam perfectionem referuntur.